



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Historiæ Societatis Jesu Pars ...

Complectens Res Gestas Sub Mutio Vitellescho ... Ab Anno Christi MDCXVI.
Societatis LXXVII. / Auctore Julio Cordara Societatis Ejusdem Sacerdote

Orlandini, Nicola

Romæ, MDCCL

Imprimatur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98108](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98108)

FRANCISCUS RETZ

PRÆPOSITUS GENERALIS SOCIETATIS JESU.

CUM librum, cui titulus *Historiæ Societatis Jesu Pars sexta, Tomus Prior*, Auctore Julio Cordara Societatis ejusdem Sacerdote, aliquot Societatis nostræ Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, potestatem facimus, ut Typis mandetur, si iis ad quos spectat ita videbitur. Cujus rei gratia has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ 24. Septembris 1749.

Franciscus Retz.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo P. Magistro Sac. Palatii Apostolici.

F. M. De Rubéis Archiep. Tarfi Vicesgerens.

Historiæ Societatis Jesu partem, ut inscribitur, sextam, a Julio Cordara Societatis ejusdem Sacerdote conscriptam, jussu Reverendissimi Patris Josephi Augustini Orsi Sacri Palatii Apostolici Magistri, legi diligenter ac sedulo, neque solum in ea nihil reperi, quo quisquam vel leviter offendi possit, verum e converso quam plurima deprehendi, quibus magnopere excitari foverique possit legentium pietas, ac porro debeat. Occurrunt enim passim Virtutum exempla splendidissima ab inclytæ Societatis hominibus edita; quibus in exponendis ut elucet Scriptoris nobilissimi ingenium, & artificium, cum exquisito styli nitore, elegantiaque conjunctum, ita ejusdem sæpe fidem, candorem, prudentiamque laudare necesse est, cum alia sequioris exempli sunt explicanda. Adeo omnia ex vero depromit, quæcunque ea sint, nihil per fraudem dissimulans, nihil tegens, libertatem tamen Historiæ cautè compefcens ac temperans religiosa modestia. Ut mihi quidem videatur Historici partes omnes ac numeros egregiè assecutus, & cum præstantissimis quibusque Annalium Scriptoribus comparandus. Opus itaque auctori suo primum, deinde Societati Jesu perhonorificum, ut augurari licet, futurum, nec mediocrem Reipublicæ utilitatem allaturum, dignissimum censeo quod publici juris fiat. Romæ ex Monasterio Sancti Stephani supra Caccum Idibus Februarii 1750.

*Carolus Lucarellus Abbas Ord. S. Ben. Congregationis Silvestrinæ
Sac. Rit. Congr. Consultor.*

Sextam Historiæ Partem de Societate Jesu luculentissime elaboratam a Viro Cl. Julio Cordara ejusdem Soc. Presbytero, Rñi Patris Augustini de Ur-
fis ex Ord. Prædic. Sac. Palatii Apostolici Magistri mandatis obsequens, cu-
pide admodum, & diligenter perlegi. De hoc igitur Opere ut dicam paucis,
sic statuo, Annales omnes temporum, & rerum testes, esse omnino pru-
dentia, sapientiaque fontes & capita locupletissima. Hanc vero Societatis hi-
storiam si quis virorum Apostolicorum, ad magna quæque & ardua pro Dei
gloria aspirantium, theatrum amplissimum, & triumphum dicat, quod mi-
nus dixerit, detrahet veritati. Itum in omnes Terrarum partes, ubique pro-
pagata Religio, Pietas, Eruditio, ubique Templorum honos & sanctitas re-
stituta, ubique error, insania, impietas profligata; ut vix credibile videatur,
unam dumtaxat religiosorum hominum familiam tantum audere, aut etiam
cogitare potuisse. Quare Scriptorem egregium, & jamdiu in litteris omnibus
clarum mirari non desino, quod eventa rerum mirabilia, perillustrium & frugi
virorum gesta ad imitandum proposita, regionum procul diffitarum tractus
graphice designatos, historiam denique virtutum omnium exemplis insignibus
refertissimam exposuerit, eamque stylo tam uberi, tam perpolito, lautoque
exaratam, ut inclyti, & laudatissimi Ordinis curis magnis, mirisque conati-
bus, omnino parem scribendi copiam, & dignitatem attulerit. Cumque om-
nia christianis moribus, & catholica persuasionis, fideique regulis plane con-
sentiant, dignum opus censeo, quod publica luce typorum aternitate donec
tur. Salvo &c.

*Obaldus Mignonius de Cl. Reg. Schol. Piarum in Sacra
Congregatione promovendorum ad Episcopatum Exa-
minator Theologus.*

IMPRIMATUR.

F. Joseph Augustinus Orsi Ord. Præd. Sacri Palatii Apostolici Mag.

